Domus hec in qua habitamus ex omni parte sui ruinam minatur.
Sed cum quia in brevi est casura, alia nobis hedifficanda est.
Redeamus ergo ad nos, et discutiamus conscientiam nostram. Nam
sicut corpus nostrum tabernaculum dicitur in quo militamus:
sic conscientia nostra domus vocatur in qua post militiam requiescimus. Et
ille militat recte: qui per militiam quam exercet in corpore domum hedif
ficat conscientie. Dilligenter exerce agrum tuum ait sapiens: ut postea
hediffices domum tuam. Ager iste corpus nostrum est: cuius sensibus et motibus
si recte utimur: animi imperio eos subicientes ad usum virtutum
indesinenter flectimus: dum corpus animo: et animum deo ex toto
subiciatur. His itaque miris modis interior hedifficatur conscientia
quam utique faciunt bonam preteritorum malorum condigna satisfa
ctio; et instantia malorum cauta: provida que declinatio. Condigna
satisfactio est, male facta corrigere, et correcta non iterare. Con
scientia vero perpetua est que numquam finitur: sicut nec anima
que cum non sit mortalis, sicut non potest esse non anima. Sic
non potest esse sine conscientia. Conscientia inseparabilis gloria
vel confusio uniuscuiusque pro qualitate depositi. E Hec ergo
conscientia, in qua anima perpetuo mansura est: hedifficanda est:
sed prius mundanda. Et quis eam mundabit? Profecto et homo
per cogitationes et affectiones: deus vero per misericordiam et
gratiam. Cogitationes et affectiones necessarie sunt in conscientie
mundatione. Cogitationes in investigatione veritatis, affectiones
in exercitatione virtutis. Porro misericordia: modo delet pec
catum modo virtutem dat resistendi peccato. nunc subtrahit pec
candi occasionem, nunc immiscet amaritudinem: plerumque

Interior conscientia quomodo fit bona

Caput J n 2

queq3 ab alto uident : roem, et ordine comprehendut . quo mo de mutua caritate indissolubiliq3 sotietate in infinitu gaudeat. quo mo in illam diuine claritatis uisione insaciabilite ardescat. Nichil ē iocundius : nichil utilius : q̄ea contemplatiōis . Quanto amplius in celestiū contemplatione delectaris : et delectādo admiraris : tanto libentius immoraris : tanto diligentius pscrutaris : pfundiusq3 illuminaris . Semp in illis inuenies : qd mireris : et unde delecteris . Nuqua ē copiosior materia admirādi : et nusqua utilior cā delectandi . In his ergo semp sit tua admiratio : et delectatio : nec necesse erit alia p alys querere : et p diuersa huc et illuc cogitationum uagationem discurrere . deum namq3 cognoscere : plenitudo scientie : plenitudo ē glorie . consumatio gratie perpetuitas uite . Ad uō scientie plenitudinem opus est potius intima conpunctione : q̄ profunda inuestigatione : suspirys q̄ argumētis : crebris lamentationib3, q̄ copiosis argumētationib3. Lacrimis : q̄ sententys, oratione : q̄ lectione . gratia lacrimaru : q̄ sententiam literaru . celestium potius contemplatione : q̄ terrestium occupatione ;

Plenitudo scientie in conpunctione

Explicit Tractatus scti Bernardi de edificatiōe ɔscientie scriptus p me hieronymu de Canonicis 1472

.: Laus deo .:~

editus est

Sermo beati Bnardi de pfectione monastice discipline Incipit Lege foeliciter

SI plene uis assequi : qd intendis : duo sunt tibi necctia . primum est ut subtrahas te ab omib3 transitorys et terrenis : ut de eis nihil

alicuntur : infelix stomacus : cui nec colores lucent : nec sapores demulcent : dum omnia suscipe cogitur oppressus magis obruitur q̃ regitur refficitur

De inmoderata potatione monachorum

n 22

Iam vero de aque potu quid dicam ? q̃n nec ullo pcto vinum aquatum admittitur . omnes ni mirum ex quo monaci sumus : infirmos stomacos hemus : et tam necũm Apli de utendo vino consilium merito non negligimus : modico tn̄ : qd ille permisit . Nescio cur pteremisso et utinam uel solo , cum et purum est , contenti essemus , pudet dicere sed magis pudeat actitari . et si pudet audire : non pudeat emendari , Videas uno in prandio ter uel quater semiplenũ calicem reportari quatenus diversis uinis magis odoratis q̃ potatis : nec tam haustis q̃ attractis sagaci probatione et celeri cognitione : vinum tandem ex pluribꝫ : qd fortius est : eligatur . Quale aũt est illud : quod non nulla monasteria ex more observare dicuntur in magnis vꝫ festis vina delibuta melle pigmẽtorum respersa pluribꝫ in conventu bibere . Nũ qd et hoc dicemus fieri propter infirmitatẽ stomaci ? Ego aũt ad nichil aliud valere video : nisi uel ut amplius bibatur : uel delectabilius . Sed cum vene vino fuerint ingurgitate in capite palpitantes : sic surgentes a mensa : qd aliud libet : nisi dormire ? Si aũt ad vigilias indigestus surgere cogeris : nec cantum : sed plantum potius extorquebis . Cũ ad lectum devenero : requisitur cur mo plango : non crapule peccatum : sed qd manducare non queo

desunt nonnulla

De pretioso hitu Monachorum

Quid de ipo habitu dicam : in quo non calor : sed color requiritur :

aliqua adsunt : inedita

ut ipz panē anglorum et dūm cuiantur tanta suscipia
deuotione 7 cordis contritione, tali qz proposito 7 humilitate. sicut expe
dit saluti aīe meē. Da m̄ q̄so corporis filij tui nō solū sumē
sacram: sz virtute sacri. da m̄ mitissime deus sic suscipe corp⁹
xpi qd natū ē de virgine gloriosa: 7 corpori eī mistico me
rear incorporari: 7 inter eī mēbra connumerari. Sit m̄ dulcissīe
yhu xpe hō sacrum corporis tui suauitas 7 dulcedo, aīe mee: sal⁹
7 sanitas ī oīm temptatione: pax 7 gaudiū ī oī tribulatione, Lum
et virtus in omni vbo 7 ope: salus 7 tutella in morte. Qui viuis
7 regnas in secla seculorum amen :—

Oro. dicēda post Communionem

Gratias ago tibi dn̄e scē pr̄ omnipotēs eterne deus q me indignum
peccatorē dignatus es sociare corpori 7 sanguini dn̄i nr̄i yhu xpi
Et precor te ut hec scā cōmo nō sit m̄ reatus ad penā, sz intercessio
sio salutaris ad ueniam: sit ablutio scelerum. sit fortitudo
fragilium. sit contra omnia mundi pericula firmamentum.
sit viuorum, atqz mortuorum fidelium omnium remissio pec-
catorum. sit michi armatura fidei: et scutum bone uo
luntatis: sit viciorum meorum euacuatio: concupiscentie
et libidinis exterminatio. Caritatis. paciencie. humi
litatis. obediencie: ac virtutis augmentatio. Contra
insidias inimicorum tam visibilium: q inuisibilium
firma defensio mot⁹ qz eorum viciorum perfecta quietatio.
in te uno ac solo firma adhesio, ac finis mei felix
consumatio. Et precor te ut ad illud ineffabile conuiuiū
me peccatorem peruenire digneris: vbi tu es scīs tuis lux
uera: sacietas plena: iocunditas perfecta, 7 gaudium
sempiternum. Qui viuis 7 regnas in seculorum secla Amen